

à num. 27. Si ampliora desiderantur, adeundus Buleng. lib. 1. de Imper. Rom. cap. 5. Nec omittre postum, quod refert Maiolus, quo supr. Colloq. 1. Antequam mortem Augustus obiret, decidens fulmen e nomine Cesar primam literam sustulit, ut Ælar tantum relictum sit. Aruspices consulti, intra centum dies Augustum moriturum prædixerunt: Hetrusca enim lingua Ælar Deum significabat, C autem apud Romanos centum. Centesimo die Deum dici debere Casarem, argumentum clarissimum cum illa die interituram. Optime postumus dicere, videntes cadaveribus foetidis dicari templa; Tanta est ignis, vel telluris inopia?

Maiol. Homini bus dicata templa.

Angelus pro interprete. Seneca.

Pro demone

R. Cor. 11. 10.

Dæmonis ac ceptions. Iul. Poll.

Plat. Pro mente

Et impetu violento.

Vives. Pro anima separata. Max. Tyr.

Clem. Alex.

Pro fortuna

59 Angeli nomen non est natura, sed officij, ut dicit Augustin. in Psalm. 103. vers. 4. Gregor. Magn. Homil. 34. in Evangel. alijque PP. Ita igitur accipitur pro nuncio, ut videri est in Comædijs Aristophanis & Euripidis: nihilominus tamen non voce Genij, sed Angeli exponitur Intelligentia apud Senecam Epist. 20. Nec ego (inquit) Epicuri Angelus scio. Id est, expositor, interpretes, mentis Epicuri intus scrutator, & persecutor. Ex quo arguitur cognitio: igitur allusione ad intelligentiam superiorem, dicit: nimirum, ignoro Epicuri mentem, quanvis præstantem cognitionem illius animi habeam. In sacris autem aliquando nomen Angeli propter naturam aptatur dæmonibus. 1. Cor. 6. 3. Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? Idem Matth. 25. 42. & Apocal. 12. 11. Nomen generale est, quia inter spiritus Angelicos diversi, discreti gradus & ordines fed in plurimum accipitur pro ordine Angelorum infimo. Ethnici Angelos vocant Dæmones, nos autem & proprie Dæmones dicimus Angelos, uti vidimus, & videmus. Ratione etiam officij aut muneris homines dici Angelos claret e pagina sacra. Mulier potestatem debet habere super caput propter Angelos. 1. Cor. 11. 10. De Baptista dicit Christus, Matth. 11. 10. Observavit Tertull. Contra Iudæos, c. 9. Hieron. Epist. 150. q. 5. causamque demonstrat Dionys. Arcopag. de Cælest. Hierarch. cap. 4.

60 De Dæmonis nomine plura præmissimus, pro Felice, n. 11. pro Sapiente & Principe, n. 12. pro Diabolo, n. 14. pro Deo, n. 17. Plutarch. de Orac. def. ait: Deos inter Dæmonas computari. Iulius Pollux Onomast. lib. 1. cap. 1. Plato (inquit) omnium gubernatorem Maximum Dæmonem nominavit: in eadem autem significatione sumitur Numen & Dæmonium. Dæmon pro mente. Bona cupidio animi bonus est Deus, Apulei de Deo Socrat. Vide La-Zerd. ad illud Virgilij 9. Aeneid. v. 185. An sua cuique Deus sit diva cupidio: Mens agit at mihi. Plato in Timæo dicit: Deus nobis supremam animæ partem tanquam Dæmonem contribuit. In Sympo. verò subdit: Ipse mentis amor ad divinam pulchritudinem contemplandam, Dæmon cognominatur. Iamblicus de Porphyrio tradit dixisse: Dæmonem proprium non esse alium, quam intellectum. Sic igitur dicitur, Aristoteles Dæmon, Plato Dæmon. Unde etiam nomen accipitur pro impetu; impulsu, aut motione in rem, quæ exitum felicem non habet. Euripides ubi dudum: Nescio quis dæmon impulit. Hispan. Quien diablos se lo puso en la cabeza. Plotinus & alij Platonici idem astruunt. Unde Vives in August. 9. de Civ. cap. 11. Non dubiè (subdit) affectus quibus rapimur, Dæmones à Platoniciis multis nominantur. Usurpatur quoque pro anima separata, seu spiritu. Ita Maximus Tyr. serm. 27. Sanè me carnem Dæmonium genus (ita enim Dæmon respondere me iubet) nec ossa, nec sanguinem recipit. Hieronym. Proem. in lib. 18. Commentar. in Isai. suffragatur sententia & acceptione: Cum enim Apostoli eum putarent spiritum, vel iuxta Evangelium Hebræorum quod le- sistant Nazareus, incorporale dæmonium; dixit eis: Palpate & videte, quia spiritus car- nem & ossa non habet. Theodoret. Dialog. 2. Palpate me & videte, quia non sum dæmonium incorporeum: spiritus carnem & ossa non habet. Quare Sybilla in distinctionem spiritus Angelorum & animarum, canit apud Buleng. cap. 25. Dæmonas animâ carentes. Hierocles in Carm. Pythag. Angelos & Heroas sub genere Dæmonum comprehendit. Clem. Alex. lib. 6. Strom. cit. inquit: Omnibus templis sepulchra mortuorum, & loculos statuerunt, eorumque animas Dæmones vocarunt. Vide de prompta ex Thalete n. 37. Impugnator primus Cardinalis de Aguirre novum orbem, non provinciam, inscilia Vesputio, invenit; astruens, apud Ethnicos, Angelos vocari Dæmonas, Heroas vel animas Dæmones: probatque præfata auctoritate Thaletis. O virum literatum! ignorat accusativum nostrum Dæmonem & Dæmones, Græcè terminari in A & As; unde Dæmona & Dæmonas, sicut Heroâ & Heroas. Vicit. Plaudite fulmen.

61 Hinc divisio Dæmonum in bonos & malos, sicut animarum in malas & bonas, quippe utraque Dæmones vocabantur, de quo à n. 70. Bonus Dæmon dicitur aliquando fortuna, ut apud Epictetum lib. 1. dissert. 12. Superem bene suo dæmone (id est, dicitur.

dextrâ forte) Casarianus aliquis emit, & Casaris sutor est factus. Idem in Casare, Plutarch. dixit de Genio. Magnus tamen ille Genius (nimirum fortuna) qui viventi ad- sinit, mortui quoque eadem persecutus est: auctores eius terra, marique agens, & inve- stigans eoque diem nemo eorum superesset: sed quicumque in facinoris partem vel sacro- vol consilio venisset, penas luerunt. De Socratis Dæmonio, ac de eius prudentia ridet Plutarch. in Thebis, narrans porcorum immundorum lepidissimum historiam. Um- bram etiam dicebant malum dæmonem vel genium, non quòd esset genius vel dæmon; sed species corporea intangibilis, quam vocabant Simulachrum. Servius Honoratus & Sabinus (ait Maiolus Colloq. 1.) ab anima separant umbram & simulachrum: persuasum enim habebant hominem constare animâ, umbra & corpore: post mortem animam in cælum evolare, corpus in terra remanere, umbram ad inferos descendere (Apparitiones Um- brarum ibid. refert multas) Sic esse sensum sine sensu Priscorum Philosophorum conitat 1. Offentium D. de verbor. obligation. & astruit Nicetas ex Plotino & Proclo ad Orat. 42. Gregor. Nazianzeni. Lucretius lib. 3. vers. 307. & Virgilius 4. Aeneid. vers. 654. 10. 641.

Epist.

Plutarch.

Quid Um- bra?

Maiol.

Lucret.

Virgil.

Senec.

Rofin.

Genius pro Deo.

Marf. Ficini.

Pro Angelis bonis & ma- lis

Paulsan.

Plutarch.

Pro Natura & elemen- tis.

Fest. Pomp.

Pindar.

Cur Genius eius flagella- lit?

Pro insua- xu, seu aggra- te.

Kircher.

gram.

Quo neque permanent anima, neque corpora nostra, Sed quadam simulachra, modis pallentia miris. Et nunc magna mei sub terras ibit imago, Morte obita, quales fama est, volitare figuras. Noctæ videt simulachra modis volitantia miris. Seneca utitur hisce vocibus sæpe. In Medea, vers. 962. in Troad. v. 370. 459. Umbra dispersi venit incerta membris. Verum est, an timidus fabula decipit, Umbras corporibus vivere conditi? Fallax per ipsos umbras complexus abit.

Plurimis exemplis confirmat Delr. Comm. in Auctoris Oetæo Herculi v. 1959. discrimen- que signat inter umbram & simulachrum, quod nostri instituti non est.

62 Sicut nomen Dæmonis, ita & Genij varie accipitur. Unde Rosinus lib. 2. cap. 14. inquit: Genij Deus, vel natura, Angelus bonus & malus, & animus ratio- nalis. Si ad tot obiecta extenditur vocula, cur restringenda ad animam rationalem duntaxat? Eisdem acceptionibus invenies apud Dempst. hic, Natal. Comit. lib. 4. cap. 2. Gyrard. Syntagm. 15. Textor. lib. 8. Offic. & Vives in lib. 9. Civ. cap. 11. Pro Deo, Marfil. Ficini. supr. cit. in Platon. 9. de Legib. subdit: Memento nostrum Dæmonem vel Genium non solum uti quidam putant, nostrum intellectum esse, sed Numen. Pro An- gelis bonis & malis læpissimè. Boni dicebantur Eugenij, Agathogenij, Alexicaci, Apo- pempat, Apotropat, Lyssi, & Pbitij: id est, boni consultores, expulsores malorum, & hominum amantij. Malos autem signabant Cacogenios, Aliterios, Postropoas, Alasto- res, Blaterones, Covalos. Malignos, nimirum, insidiatore, prævaricatores, & alluci- natores. Pausan. in Attic. cap. 33. Apollo Alexicacos, & Trimegistus apud Kircher. Obelisk. lib. 1. cap. 3. Hoc est ad evitanda mala & acquirenda bona Geniorum ope. Quod latè probat lib. 5. cap. 2. Sic aliqui Platoniorum appellarunt genium Socratis, & Apol- lonij Tyanzi: econtrâ, quicquid terrorem incutiens apparebat, ut illud ad Brutum & Constantium (uti observant Plutarch. in M. Brut. & Iul. Cesar, Maiolusque Colloq. 1. fol. 7.) Tuus sum ego malus genius. Etiam Genius pro natura, elementis, stellis, agente, seu gubernatore tam universalî, quam particulari. Genius Nili ab Ægyptijs ita dictus, id est, natura Nili, ut astruit Kircher. lib. 4. Hierogram. 5. Festus: Geniales dico Aquam, Terram, Ignem & Aërem, & duodecim quoque signa, Solem & Lunam. Ita etiam Vi- ves quo supr. lib. 7. cap. 13. Quod Pindarus id Pyth. Od. 3. dicit: Dæmonem & Aga- thon. Callimach. Hymn. 60. Bonum Genium & malum: igitur influxus cæli & elemen- torum aliquando propitius & aliquando nocuus: unde Lærtius lib. 1. inquit: Duo prin- cipia Genius bonus & malus. Favet Gyrard. loc. cit. additque in lava Genij esse pro- pendulum flagellum, equidem tempore flagellat quodcumque nutriterat. Hocque ten- su Genius vel sumitur pro materia compositionis, vel pro conservatione in esse assu- pro, aut accepto, vel denique pro qualitate. Iccirco aliquoties Genius accipitur pro influxu. Genius Solis, id est, influxus. Diversos Solis effectus Genios dictos, probat Kircher. ibid. lib. 2. cap. 10. Spiritus Solares quibusdam figuris provocant in idola, de quo egimus Tautolog. 3. à n. 16. Hinc Solares Angelos (subdit) animales, herbas, pl. n- tas, lapides & metalla Solaria. Et lib. 3. cap. 3. Genios seu virtutes rerum. lib. 5. Hiero- gram.

gram. 2. Veluti Solaris Genij virtute reiuvenescit. Cuncta sumpsit ex Mercurio Trismegisto ad *Æsculap.* cap. 8. ubi: Circa Solem quamplures sunt Geniorum ceteris, varij copijs conferendi, ac familiares, non procul ab immortalibus existentes (penderis verba) hanc autem regionem fortientes humanis Eporos agunt (id est, magistratus) qua autem à Dijs iubentur, exequi pergunt turbinibus, procellis, præferibus, ignis mutationibus, terræ motibus, insuper furia. Sol autem est omnium conservator, & educator. Vides igitur (addit Kircher. lib. 5. Sebem. 1.) quomodo Lunares Genij generationum rerum materiam disponant: Solares dispositam adiuvent, & faciunt. Sic igitur in istiusmodi acceptione Genius signat rerum inclinationem, seu connaturalitatem.

63 Unde similiter signat pronitatem & propensionem, quam in hominibus vocamus indolem. Qua de causa pessima dicebatur *Tele genius*, hoc est, despiciabilis, rejiciendus, sicut optima *Lovis genius*, sive *Aureus*; uti observat Adrian. Turneb. *Adversar.* lib. 22. cap. 32. Quo sensu dicit Salomon: *Sortitus sum bonam animam*: id est, præstantissimam complexionem in organizatione corporis, ut forma exerceat libere sine obice operationes rationales. Huiusmodi crisis dicitur *Sors* (non quia anime ante corpus creatæ, & post distributa, ut somniavit Origines; aut quod sint specificè differentia, aliaque alijs nobiliores, de quo latè egimus, *Tom. 1. Tautolog. 4.*) pendentque temperamentum ab astris superius, & inferius à parentibus. Unde diveritas functionum non ab anima, sed à corporis varia crisi, equidem experimento discimus, nos pro varia dispositione, sine substantiali mutatione inæquales esse in cogitamina. Adinstar imbris anima in diversis diversè operatur, & pro diversitate meatuum nunc dulcis, nunc amara videtur. Uti Sol modò magis, modò minus illuminans, circumveunte vel excusâ caliginæ, hinc præmisit: *Puer ingeniosus erat*. Dicitur autem fors bonum nature, sicut species pulchra inter tot vultuum hominum differentiam, Stylum Salomonis furatus est Pythagoras, ut tradidit in *Commentar.* Alex. Ephesinus. *Felices ac beatos homines, quibus bona anima advenit*, Porphyri. ab utroque. Ita igitur libell. de *Bona anim.* astruit: *Genium unicuique proprium esse quandam animi partem, nempe mentem: illumque esse felitem & eudemona, qui sapientem sortitus est mentem*. Sic econtrâ in hebetibus, stolidis & malignis dicitur Genius pessimus. Eurip. in *Phœnis*, v. 1550.

Cum dolore dico: tuus genius malus,  
Gravis gladijs & igne, & sevis pugnis,  
In filios irruit tuos, ô pater!

Simili modo pro electione usurpatur, ac synderesi, mente, animo, intentione ac prudentia. Hisp. dicimus, *Hombre de buen gusto, lindo genio, ô atravesado*, Apulcius de *Deo Socrat.* prodit: *Eudemonas dici beatos, quorum dæmon bonus, id est, animus virtute perfectus est. Eum nostrâ linguâ poteris Genium vocare*. Augustin. vel insultans Ethnici lib. 7. *Civ.* cap. 13. refert: *Hic est igitur, quem appellant Iovem, Nam si omnis Genius Deus, & omnis viri animus Genius, sequitur ut sit omnis viri animus Deus*. Max. Tyr. quò supr. num. 38. de sceleslo dicit, *nec Custodem, nec Genium habere: igitur ut ait Sapiens: In malevolam animam non introibit sapientia*. Prudentia igitur regere debet hominem, quapropter in operationum regimen ex Stoicis, ait Lipsius in *Physiolog.* cap. 19. *Genium duplicem esse: singularem, animum suum cuique: universalem, animum mundi*.

64 In hominibus huiusmodi vox interdum usurpatur pro appetitu rationali & animali. Hic dicitur Malus genius, ille verò bonus: unde apud Ethnicos prævaluit, quòd duplex hominibus datus à natura genius. Apulcius quò dudum astruit, & diximus n. 38. fulsius n. 56. *Homér. Odyss.* 17. v. 275.

Telemache altera sunt propria, que mente volutus,  
Alterâ que genius tibi suggerit.

Id est, quæ in iram urgent, & quæ mens & ratio cohibent; cuiuslibet sanè est lex, ut Paulus ait ad *Rom.* 7. Nosque certamen exponemus, *Tautolog.* 12. à num. 14. Sic igitur dicitur: *Parcere, vel indulgere Genio; frugalitati studere, vel voluptatibus*. Hinc usu Genius pro delicijs, *Genius regni* vocatur Serene; Claudian. de *Sever.* laudib. tunc quippe idem est ac gloria, seu quod magis placet. Virgil. 1. *Georg.* vers. 302. *La-Zerda* hic num. 17. Sicine Titus Imperator dictus *Delicia generis humani*. Plantus in *Cureul.* Act. 2. scen. 3. vers. 22. *Phædrorum genium meum: hoc est, delicias meas*. Quod expressit in *Menæchm.* Act. 1. scen. 2. v. 28. accinens;

O mea commoditas! O mea opportunitas!  
Salve, salve: teneo dextra genium meum!

Nostrates dicunt: *Donayre*. Quo sensu Martialis lib. 6. *Epigr.* 60. signans leporem, inquit:

Nescio quid plus est, quod donat secula chartis,  
Viciurus Genium debet habere liber.

Vide Henr. Stephan. lib. 1. *Schediasin.* cap. 18. & Lips. 1. *Philosof.* cap. 18. His ergo testimonijs astruitur acceptio Genij pro patrono, ut astruit articulus Plotini tumefacti, ex eo quòd non quemlibet Genium, sed Deum ipsum pro Demone haberet. Videris Porphyri. in *Vita Plotini*, Maiol. *Colloq.* 1. & Maluend. de *Antichrist.* lib. 7. cap. 7. Denique Genius usurpatur pro statu & statua. Plutarch. de *Thebis* subdit: *De anima iam iudicatum est: ea ad alios dimissa natales est, & alium genium sortita*. Id est, statum, seu institutum, unde subdit: *Cognovi uti ad vitam eodem genio: quippe semite vitarum sunt multæ; sed quibus Genij homines ducant pauca: Hoc est, illi eodem gaudebant statu, & instituto, qui in Lyim coniuverant, quod difficile est*. Propert. lib. 4. *Eleg.* 9. v. 41. *Genium adorat*: nempe, statuum. Persius Satyr. 6. v. 48.

Dij igitur Genioque ducit.

Saubert. de *Sacrific.* cap. 5. *Cui Genio? Intellige Statua; quia statua Principum Numen & Genium habere credebantur*. Ad. Ioann. Parrhaf. in *Epist.* 7. Frigel. de *Statuis illustr.* Rom. ex Priscis, Virgil. 3. *Æneid.* v. 178. & Horat. 2. *Epist.* 1. v. 25.

65 Ad alia ludica Ethnici mi declinemus. Lares accepti pro animabus defunctorum. Græcè appellabant Romani *Theos, Aonas, Herois*, Vide Chart. fol. 298. *La-Zerd.* in *Virgil.* 8. *Æneid.* vers. 275. num. 12. Delr. in *Thyest.* Senec. vers. 264. Arnob. lib. 3. & Gyrard. *Syntagn.* 15. Pro Penatibus sæpe accepti. Penates dicebantur *Dij Præsites, Astites, Dij Magni, Genij loci*, & alia deliria. Quid hæcine nomina magna & explicita pro uniuscuique sententia, dicit Textor lib. 8. vel Natal. Comes lib. 10. *Mytholog.* ex quo liber in Officinam infectus (ex eo quòd Philosophorum dogmata in fabulis contineantur) *Vires scilicet elementorum, cum illis nati continuo perfruantur*. Hoc Deos æthera medium, æra imum, & terram, & summam ætheris partem, quam *Minervam* nominarunt. Et cum alia quoque (præter hominem) genium proprium, ut planta & animalia habere dicantur; occultam vim Planetarum, que ad omnia hæc pertineret, *Genium vocatam fuisse putarunt*. Diximus num. 62. & videndus Kircher. in *Obelise.* lib. 4. *Hierogram.* 1. Natal. Comes etiam 4. *Mytholog.* cap. 2. 3. & 4. cum Ludov. Vives in 7. de *Civ.* cap. 13. Brevitati consulo. Semidei, Satyri, Fanni & cætera stoliditatis Genium specimina, iudicati sunt Medioximi, ex eo quòd ex amore immortalis Dei in feminam, aut immortalis femina in virum, procreati sunt: quod quidem vel Ethnici risere. Seneca in *Hero. Fur.* v. 447.

Quid violas Iovem?

Mortale caelo non potest iungi genus.

Plato in *Sympos.* asipulatur: *Nallus Deus miscetur hominibus*. Eadem Apulcius de *Deo Socrat.* Plutarch. in *Numa*. Aliquando accipiuntur pro Heroibus, qua de causa Hesiodus de *Dieb.* ut vidimus, n. 38.

Divinum genus Heroium quos & vocitamus Semideos.

Augustinus 10. de *Civ.* cap. 21. *Quo nomine* (inquit) *appellant alicuius meriti animas defunctorum*. Interdum sine merito, vel discrimine bonitatis, ut ex pluribus antiquis Philosophis in eorum *Placit.* asserit Plutarch. lib. 1. cap. 8. *Herois esse animas, que corporibus excesserunt & bonos quidem bonas, malos verò pravos*. Patet ex apotheoosi Imperatorum, in Divorum vel Deum calculum relatorum, de quo egimus *Tautolog.* 4. num. 27. & agit fuse Bülenger. de *Imper. & Imper.* Rom. 1. cap. 5. Unde Virgilius *Ecol.* 4. vers. 15.

Ille Deum vitam accipiet, Divisive videbit  
Permixtos Herois, & ipse videbitur illis.

Consule Gyrard. *Syntagn.* 19. seu de *Vit. Hercul.* quasi in Imperatorum arbitrio esset non solum divinitas, sed & divinitatis occupationes.

Inviatque novum fidus, pendente que vicissim  
Quas partes velit ille sequi, quibus esse sodalis.

Dignetur stellis; aut qua regione moveri.

O decus ætherium, terrarum gloria quondam,

L1

Clau:

Claudian. de 3. Honor. Consul. vers. 172. O ludibrium! Delibavi iam loc. cit. Dicitur sunt Herois ab Era, Græcè Terra, uti observant Liptius, & Cæl. Rhodig. loc. præf. attamen plurimi Priscorum in acceptionem Augustini suffragium præmiserunt. Heroium & hominum sunt sepulchra: ait Pausanias in Attic. cap. 27.

66 Manes. O quam lata provincia! Per transennam aspiciendum. Manes per antiphrasim, id est, Immanes, uti Parca, lucus, piscina: tunc Lemures & Larvæ. Delr. in Senec. Oedip. vers. 559. Econtra Ramires, de Prado. Manes, hoc est, boni, grati, auspices: quippe olim Manes, bonus dicebatur. Et Virgil. 12. Aneid. vers. 646. Vos d' mibi Manes este boni. August. 9. Civ. cap. 11. dicit medios esse inter Lares & Lemures: Cum incertum sit, bonorum eos, seu malorum esse meritorum. Etiam Salmast. in Sueton. ad cap. 74. Tiber. & Apuleius ubi supr. Pro Lamiji, seu Empusis, Gyrald. Syntagm. 12. & 15. Cæl. Rhodig. lib. 29. cap. 5. de quo fuse Tautol. 13. à num. 2. Pro Dijs inferorum Pythagor. in Carm. aur. vers. 3. Virgil. 6. Aneid. vers. 743. La-Zerda hic copiose. Lucan. 3. Pharsif. v. 13. & 7. v. 457. Pro habitantibus in inferno, Homer. Odyss. 11. v. 93. Statius 5. Thebaid. v. 500.

Tartarea sedes, & formidabile regnum. Mortis inexpléta: teque d' sevissime fratrum, Cui servire dati Manes.

Virgil. pluribus in loc. 3. Aneid. vers. 67-8. vers. 246-9. vers. 39-12. vers. 646. Hinc evocare Manes, de quo La-Zerda. in lib. 6. vers. 255, à num. 3. quod dicitur Necromantia: vers. 261.

Virgil. Ideo lib. 3. vers. 565. Manes imos vocat, ob discrimen superum. Ovid. 3. Trist. Eleg. 11. vers. 32.

Ovid. Pro cadaver. re. Similiter accepta vox pro cadaveribus. Virgil. 4. Aneid. v. 30-42 7-45 3-620. & lib. 10. v. 524. Uberrime La-Zerda. his loc. Lucan. 9. Pharsif. v. 151.

Lucan. Id est, Cadavera. Pro sepulchro ibid. vers. 976. Phryx incola Manes Hæctoreos calcare vetat. In his igitur acceptionibus Manes dicebantur, quia domi manebant, quousque inhibitu leg. 12. Tabul. Ioann. Cotovicus de Urbib. & morib. Oriental. referens legem, In urbe ne sepelito, nevé urito, inquit: Cum tamen ante id tempus in domibus, quas singuli incolebant, dolijs aut vasculis cadavera, aut demortuorum cineres conderentur: unde Lares, quos Domesticos vocant Deos. Idem ex multis AA. profert Delr. 3. Comm. in Senec. Thyest. v. 264. Demum usurpatur vox pro anima separata. Virg. 6. Aneid. v. 119. Lucan. 6. v. 666. Propert. 4. Eleg. 7. v. 1.

Larci. Si potuit Manes arcescere coniugis Orpbeus. Quis timor ignavi metuentes cernere Mane? Sunt aliquid Manes, letum non omnia finit: Luridaque evictos effugit umbra rogos.

Virgil. Lucan. Propert. Pro anima separata. Propter mortem præproperam, vel non ultimam, vel humationis negligentiam barbarè arbitrabantur errare animas circa inferni flumina, ac prohiberi ingressum in Elyfos campos. Tertull. lib. de Anima, cap. 36. Manes vagantes: Lucan. lib. 8. vers. 756. Virgil. 5. Aneid. vers. 81-73 4. lib. 11. vers. 181-12. vers. 638. & 948. Sequitur Homer. lib. 6. vers. 325. dicentem idem de anima Patrocli, Iliad. 23. à vers. 70. Cuncta brevi complectitur Caramuel Tom. 2. Theolog. regul. Epist. 29. Ita Manes & Genij dicebantur, dum anima in nobis; Lemures, anima extra corpus; Lares, dum favent; Larvæ, dum terrent.

Caramuel. 67 Restant ergo de Anima acceptiones, ut emergamus ab imo. Diximus Tom. 1. Tautolog. 4. num. 3. Animam tam apud Sacros, quam Profanos sumi pro Spiritu, pro Vita, pro Aura, & pro toto homine, seu pro cuius est anima. Videris. Dicitur etiam animus, id est, mens, ut ibid. num. 43. Proprie Animæ acceptio pro forma humana, & animus pro intellectuali facultate. Unde August. & libell. de Anim. & Spirit. & super Magnificat, inquit: Anima quoad corpus, animus quoad intellectum. Latè sumitur interdum pro virtute agente, seu influxu. Leo particula anima Solis: dicitur ab Astrologis Arabibus, ut notat Kircher. quo supr. lib. 4. Hierogram. 4. igitur sicut corpus animalis sine anima nil operatur; ita signum Leonis sine Solis virtute: quapropter Macrobius de Somnio Scip. 1. cap. 13. Ergo primo pondere de Zodiaco & Laetæo (ait) ad sub-

iectas

lectas usque sphaeras Anima (hoc est, virtus) delapsa, dum & per singulas labitur, in singulis non solum luminasi corporis amictur accessu; sed & singulos motus producit. Cum anima ad Leonem lambendo pervenerint, &c. additque 1. Saturnal. cap. 21. Propterea Egyptij animal in Zodiaco consecraverunt eà cæli parte, qua maxime annuo cursu Sol valido efferebat calore, Leonisque inibi signum Domicilium Solis appellant. Hic Auctor plura quàm sexcentis locis acceptionem confirmat. Cæl. Rhodig. lib. 22. cap. 2. inquit: Orphei theologia Sphaerarum animas ita partitur, ut cuilibet geminam tribuat vim. Abeneptus in Astrolog. in motu Sol. inquit: Per accipitrem animam Solis Egyptios significasse. Hinc Kircher. lib. 3. cap. 2. Virtutes rerum apparentium Deos vel Genios appellatos, testatur S. Augustin. Lactant. Eusebius, alijque. Veteres enim vim cæli, elementorum essentias, astrorum potentes operationes, latentem denique consensum rerum intuentes, totum mundum animal quoddam ingens innumeris genijs, quos singulis rebus universi assignabant, de quibus Cicero ex Stoicorum sententia in 2. de Natur. Deorum. Quo patet tam animam, quam Genium usurpari pro virtute, facultate, seu influxu, ut diximus supr. n. 62. Claret etiam animam sumi pro Genijs, seu Angelis, uti accipiunt Philo, Plato, Pythagoras & alij; quorum testimonia, larvæ huicque quaestioni, vel à puero videbuntur, detractis panniculis.

68 Ergo in opus: sciendum tamen est Animal & Rationale non sumi ab his Philosophis, & etiam à nostris, etsi Theologis, & Ecclesiæ doctoribus, semper specificè; sed genericè, quatenus connotant vitam & intelligentiam, neutiquam prout signant vivens sensibile, quod discursu, seu ratiocinatione gaudet. Olim apud omnes diffinitio hominis erat Animal rationale, mortale. Ita Ambros. de Noz & Arca, cap. 4. Theodoret. Dialog. 2. & August. sæpe in Civ. Quorsum ergo Mortale? Ut exprimerent differentiam: igitur erant alia animalia rationalia immortalia, quia spiritalia, sumptis animal & rationale pro vita & intelligentia. Unde sensus animalitatis & rationalitatis erat ad hominum differentiam (gaudentium sensu & ratione in morte defecturis; quippe sola anima non est homo, neque persona, nec quid completum in specie, licet aliquid subsistens, sed non incommunicabile, ut astruit Theologi Scholasticæ cum D. Thom. 1. part. quaest. 29. art. 1. ad 5. & quaest. 75. art. 2. ad 1.) quippe subsistebat completa substantia immortales & incorruptibiles præditæ nobiliore vitæ, & acriore intelligentiâ. Gregor. Magn. homil. 10. in Evang. subdit: Iudeis tanquam ratione utentibus rationale animal, id est, Angelus predicare debuit. Siccine Merc. Trimegilt. de Sapient. Dei. Inquit: Audendum est dicere, Hominem quidem terrenum, Deum esse mortalem; Deum verò celestem, esse immortalem hominem. Ratio equidem & vita in utroque invenitur, in quibus similitudo: at quàm disite! Elucet magis ex personæ diffinitione tradita à Boëtio libell. de Dusb. nat. prope init. nimirum, Rationalis natura individua (seu incommunicabilis) substantia: quæ quidem competit tribus divinis personis, & etiam Angelis, sicut hominibus, ut cum Angelic. Præcept. docent AA. præfat. loc. cit. Nullus hucusquæ cogitavit ly Rationalis, nisi quò natura intellectuali: quo constat acceptio anime pro vitæ, & rationis pro intelligentia.

69 Antiqui Philosophi non inventientes quo diffinerent substantias intellectuales, ex his quæ moverant, surrexerunt ad incognita, quorum quiddam ignorabant: equidem ut exprimerent superiores vitam & intelligentiam in Intelligentijs separatis signarunt animam & animum. Sua hæc lingua ijs fuit: inquit Lips. 2. Physilog. cap. 4. Hinc Rab. Moyfes tribuens singulis orbibus celestibus animam, quæ illorum forma & mortis, inquit apud Bulenger. cap. 24. Motricem animam agnosco, formam esse nego. Angeli ergo neque ad subsistentiam, neque ad intellectum, neque motum egent corpore, cuius sint forma, ut præmisit Tom. 2. Taut. 6. num. 6. Philo sic in hæc acceptione loquitur, de Angelis differens de Opificio. Mundi, ait enim: Animalia celestia sensu prædita (hoc est, vita celestes ratione præditæ, sensu pro sensu) imagines divine & pulcherrime. Idem de Gigantib. prodit: Quos alij Philosophi Genios, Moyfes solet vocare Angelos: ijs sunt anime (vitæ) volitantes per aërem. Animas purissimas (addit de Plantat. Noe.) quas Græcorum Philosophi Herois vocant & Genios, Moyfes ex re nomen facit eis Angelos. Eodem sensu Plato in Timeo, dicit Animalia & Animas separatas intelligentias. Plutarch. 1. de Placit. Philosoph. cap. 8. Thales, Pythagoras, Plato, Stoici dicunt, Genios essentias esse animales: id est, intelligentias cum vitæ. Alexand. Ephesinus ex Pythagora in Comment. ait (quod non negamus Catholici, sed quomodo, dicam illic) totum aëra plena esse animis (intelligentijs nempe) eosque & damonas & Herois

Macrobi

Cæl. Rhodig. Abenept

Kircher.

Et Geniæ

Animal. & Rationale pro vita & intelligentia.

Greg. Mag. Merc. Trimeg.

Boetia

Iust. Lips. Rab. Moyf.

Angeli cur dicatur Anima & Animalia Phil.

Plat. Plutarch. Pythagor.

existimari. Ecce quomodo testimonia corruerunt, pro sententia impugnetis clara, & si qua alia. Hinc intelligitur, quo sensu Augustinus saepe dixerit Angelos habere corpora aërea, quem nervosè defendit Ferdin. Vellofil. in *Advertent. Theolog.* in Tom. 1. *quæ sit.* 3. quæ sententia videtur Apuleij loc. cit. de *Deo Soerat.* Augustinus non loquitur de constitutione Angelorum, sed de apparitione, aut epiphania: etenim minimè neque ab hominibus, neque à bestiis viderentur; ni corpus assumerent, quod communiter ex aère: attamen eiusmodi assumptio est sine unione substantiali, & personali, seu hypostatica, imò sine unione accidentali, quippe consistit in præsentia substantiæ assumentis ad corpus assumptum, cum respectu ad utrum eius. Ita ex pluribus DD. Suarius lib. 4. de *Angel.* cap. 36. à num. 4. Sic igitur præter obiectum patet oculis, nominatur; quippequam diffinitur quoad sensum, non quoad constitutum, ut Gregorius supra, quia apparuit Angelus in hominis specie hominibus, vocavit *Animal rationale.* Ex aère protecto sepe sapius, etsi possent ex igne, efformant corpus, quoniam (excepto Lucifero, clauso in inferno usque ad ultima tribulationis tempora, ut observat Ribera in *Apoc.* 20. 3. 7. & Viegas *Commentar.* 1. sect. 2.) demonum multitudo vagatur per aëra, quos ut vidimus num. 48. Paulus dicit *Spiritualia nequitie in caelestibus.* Etiam apud Profanos. Alcinous cap. 5. *Sunt & alij demones, quos Deos genitos vocare libet, ita ut nulla mundi pars animà careat, aut vitâ.* Idem Porphy. in *Euphyeb.* Martian. Capella lib. 2. Ex Varrone. August. 7. *Civ.* 6. *Omnes quatuor partes animarum esse plenas.* Rab. Ioseph in 14. *Exod.* insit: *Omne mundum plenum esse Genijs, seu formis quibusdam.* Quomodo ergo cum simplices sint, Angeli dicantur corporci, & etiam ab Orthodoxis PP. præter *Suar. lib. 1. cap. 5. & 6.* lege Maiol. *Tom. 7. Colloq.* 1. fol. 19. ubi plura selecta & ingeniosa. De acceptance ergo corporis pro essentia seu rerum entitate, non pro materia apud Stoicos, consule Iust. Lips. 2. *Physiolog.* cap. 4. & 5.

70 Etiam sciendum ab Antiquis designari duplex, seu triplex demonum genus; sumpta voce *Dæmon* pro mente, intelligentia, aut animo. Prænotarunt Lipsius & Rhodiginus: hic lib. 2. *Antiq. lect.* cap. 4. ex Platone inquit: *Afferitur & illud, Dæmonum alios esse indigenas & alios adventitios. Indigenas quidem (Platonici) volunt, qui sint initio sic producti: Adventitios autem qui ex humana ratione mox inter demones sint centuriati.* Ille lib. 1. *Physiolog.* cap. 18. *Geniorum alios Animas quidem esse (communè nomine) sed quæ aliquando in corpore fuerint, uti sunt Heroës & Lares. Alios præstantiorè dignitate, qui semper à corporis compediibus, ac nexibus liberi egerunt, ut sunt Genij propriè dicti.* Sufficerent huiusmodi testimonia in nostrâ verioris sententiæ probationem; attamen reflexione ampliore digna. Animas dixerunt Genios, sed non propriè; quippe proprii sunt substantiæ separata: intellectuales, præstantiore dignitate, igitur semper incorporeæ: ergo cognoverunt Ethnici incorporeas substantias intellectuales, animabus separatis præstantiores, quas nos vocamus Angelos, & illi Genios; quod quidem nequit competere nisi improprè Heroibus & Laribus, quos nos dicimus, & illi etiam communè nomine Animas, quippequàm aliquando in corpore fuerunt. Hinc hæc spirituales substantiæ demones adventitij, & illæ indigenæ; quia sic ab initio producti. Quò fugiet Achilles à telo Apollinis? Testatur etiam Philo de *Plant. Not.* *Animarum sodalitiùm* (inquit) *istud, est incorporearum, non in eosdem diggestarum ordinis; alias enim assignari servant mortalibus corporibus, & post certos temporum circuitus liberari denudò: alias diviniorem habitum sortitas, totam terrenam regionem (id est, quodcumque corpus) contemnere.* Procedit Philo, sicut Origenes, arbitrans animas & Angelos simul creatos, & illas ante corporum generationem, & formationem, quippe utramque substantiam, quam vocat *animam*, accipit pro Mente seu *Dæmonè*; sed signat, uti nos, discrimen inter Angelos & Animas: illi substantiæ incorporeæ sunt; hæc autem etsi spirituales, forma corporis. Signamus protectò substantias spirituales completas, & incompletas. Ita cognoverunt Priscij: in hac vocarunt animas racionales & Genios, sed improprè, & adventitiè post corporis disensionem: ergo etiam cognoverunt completas incorporabiles, quæ propriè Genij, seu Angeli, uti illorum plurimò vocavere. Suffragatur Apuleius, quo supr. Postquam descripsit animas separatas dici Deos, Genios, Demones, &c. subdit: *Verùm hæc omnis distributio eorum Dæmonum fuit, qui quondam in corpore humano fuerè* (Ecce animæ racionales substantiæ spirituales incompletæ) *Sunt autem non posteriore numero, præstantiore longè dignitate, superius aliud, angustiusque genus Dæmonum, qui semper à corporis compediibus, & nexibus liberi, certis potestatis curant.* En Angeli, & illorum clara cognitio.

Cur. etiam habere corpora aërea?

Alcin.

Augustin. Rab. Ioseph

Cæli. Rodige. Iust. Lips.

Ethnici distinxerunt Angelos ab animabus.

Phil.

Apulei.

Con-

71 Contemplerur an locum habeat Sententia, in triplici genere Dæmonum, quos prisci Philosophi cogitarunt. Vide Thaletem, num. 37. Inter Dæmonas alius dicebatur essentia Dæmon, alius comparatione, & alius habitudine, Dæmon essentia Dæmon, comparatione Angelus, habitudine homo. Ita Plato in *Timæo*, verba vide etiam apud Vives de *Civ.* lib. 9. cap. 11. & Cæli Rhodigin. lib. 2. cap. 9. Dæmon, qui sapiens, essentia Deus: igitur est ipsa sapientia: Angelus comparatione, quippe lumen proximiorè participatione luminis, unde imago divina & pulcherrima, phrase Philonis: habitudine homo, non prout est in corpore anima, quia dæmonium carnem & ossa non habet (vide num. 60.) sed quia carnem & ossa, quorum in mortali vita forma, potest non habere. Ideo dicitur habitu, quia post mortem similis anima separata Intelligentijs, quæ propriè Dæmones. *Habitudine Dæmon dicitur animus* (subdit) *qui similitudine quadam ad genus Dæmonum, mirabiliores, quàm secundum hominem, actiones edit, totamque vitam suam suspendit ex Dæmonè: id est, ex mente.* Sic anime separata dicitur Heroës & Lares, ac pro diversitate meritorum boni Dæmones, si bonæ; mali, si prævæ, ut vidimus ex Thalee & Plutarcho. n. 37. 39. & 65. Dicitur Anima Græcè Pnyche, quasi incarcerationa: Cæli Rhodig. 2. cap. 17. & post corporis excusionem, quia pridem merita, apparet ab anima animam distare, quæ corpore indutam vitam se præsentem exhibet: ut ex Ammonio refert Plutarch. de *Orac.* def.

Acceptiones Dæmonis in xta silos.

Plat. Anima cur dicitur Pnyche?

Ammon.

72 Non longè à dogmate Catholico, excusso furtive vocum, huiusmodi cogitatio; igitur etsi aliter tamen & aliter, Deus, Angelus & anima spiritus sunt, qui propriè liberam intelligentiam ab Ethnicis dicti *Dæmones*. Apud nostros Theólogos inconcussum, Animas separatas habere perfectam cognitionem, quia ex natura sua sunt receptivæ specierum intelligibilium; imò cum solo peccato originali cognoscere omnia naturaliter cognoscibilia, & seipsas quidditative & intuitive, & omnia singularia, quæ in hac vita cognoverunt, aliæque multa, de quibus Doctores Scholastici cum D. Thom. 1. p. 4. 89. in 2. dist. 33. quæst. 2. quæstionem. 2. in corp. de *Malo*, q. 5. art. 3. de *Verit.* q. 19. *Contra Gent.* lib. 3. cap. 48. & plurib. alijs in loc. solideque Suar. de *Anima* tot. lib. 6. equidem absolute loquendo, perfectius intelligunt, quam coniunctæ corporibus: secundum animam homo cum substantia Angelica convenit: inter quæ ita vividâ similitudo, ut aliqui autumarint Angelos & Animas esse eiusdem speciei, ut vidimus num. 39. ex *Timæo*. In hoc invenitur D. Thom. 1. part. q. 50. art. 4. & q. 75. art. 7. Philo de *Gigantib.* ita delirat: *Si cogites Animas, Genios, Angelos non tam re differre, quàm nominibus, exoneraberis.* Tam hic, quàm Origenes in *Periarcho*, arbitrati sunt, Animas prius fuisse Angelos, descendisse in stellas, in æthera, in aëra, in corpora: sicque ipsæ gradibus reverti in Angelos. Ultra Origenes desipuit, efficiens, homines habere Angelos pro animabus, quæ quidem dicuntur Animæ prout sunt in carne; sed sunt illi Angeli, qui accipites fuerunt in Verbi incarnationi adoratione, destructi in corpora ut probentur: quapropter si vitam ritè egerint, cum beatis Angelis collocantur; si prævæ, destinantur igni, parato diabolo & Angelis eius. Clarebit simpliciter huiusmodi insanum ratiocinium ab Ethnicis. Empedocles apud Balenger. lib. 1. cap. 25. de *Magia*, insit: *Robur enim æthereum, & impetus in mare prosequitur & persequitur, mare exspuit in solum terra, terra ad splendorem Solis indefessis, Sol in spiras & gyros ætheris: alius autem eos ex alio recipit, & omnes oderunt, donec castigati regionem & ordinem naturæ consentaneum sortiantur.* Eadem Plutarchus de *Evitando senore*, & de *Orac.* defert, suffragatur amentia. *Quomodo ex terra aqua, ex aqua aer, ex aere ignis conspicitur generari, sursum evolante materiâ: sic ex hominibus in Heroës, in demones ex Heroibus præstantissima anima accipiunt mutationem: ex Dæmonibus pauca hæcenus longo spatio per circuitum semel defacata, divinitatis sunt compotes facta. Nonnullis contingit, ut non imperpetram vitam sicut exhalationem habeant. Tempus assignat ibid. Hefiodus canens:*

Ad quæ valet animæ separata?

Phil. Similitudo cum Angelis.

Empedocle.

Plutarch. Vicissitudo Dæmonum apud Ethnicos.

Hefiod.

At vos natæ Iovis alii  
Pulcherrime decies superatis sæcula Nympha.

73 Ergo relictis ludicris, ex divisione Dæmonum formanda reflexio. Dæmon dicitur Deus, Angelus, & anima. Unde iuxta illos comprobavit Doctiss. Navarrus per Genium, aut Dæmonem intellexisse animam racionalem? Oppositum perpicuius: igitur si cognoscunt in divisione animas ut Genios & Demones adventitios; cognoverunt & proprios, quos vocamus Angelos: aliàs quorsum divisio? Habitudine enim animæ in corporibus sunt Genij & Dæmones, quippe post depositionem in intelligentia & alijs

Quo illorū sensu animæ Dæmones?

ope-

operationibus similes Angelis; equidem mirabiliores, quam secundum homines actiones edunt. Omnes fatebimur secundum huiusmodi distributionem animas vocari Dæmones analogice, non univoce. Sic intelligenda Ethnicorum testimonia. Nihil aliud est *Dæmon*, quam nudus animus corpore deposito: ait Max. Tyr. *ferm. 27*. Concedimus: quid inde? *Dæmon* adventitius est: nata est anima habitudinem, & opportunius, posita est statu, ad quem habitudinem habebat; siquidem corpore deposito, à quo obex, liberè potest exercere intelligentiam propriam à natura insitam; sicut Angeli, Dæmones propriè, qui semper à compedibus ac nexibus corporis liberi. Non aliter exponendus, dum dicit ibid. *Cum corpus terre corrumpendum reliquerit, ipso momento, longèque ex homine Dæmon evadit, propriisque oculis propria spectacula intuetur, nihil à corpore illecebris, ac obstaculis impeditus, nihil à varietate confusus figurarum: id est, quod nos dicimus conversione ad phantasmata pro intelligentia, sed in superiora & per se. Non secus Charondas, qui apud Stobæum tit. 42. Animas dæmonas esse sanxit.* & alij de quibus egimus n. 34. Non inficiabor Animam separatam dici Dæmonem ab Ethnicis, & ex hominibus fieri Dæmones: fatentur Augustin. de Civ. 9. cap. 11. sed Dæmones per habitudinem. Unde apud Priscos, ut notat Rhodigin. quo supr. Anima non absolute *Dæmon*; sed *Dæmon animalis* dicebatur, quasi qui tunc erat forma, quæ animalis fuerat, & ad cuius corpus naturalem inclinationem habet. *Omniudè verò anima rationalis Dæmon animalis est appellata.* Etiam *Dæmon terrestris*, ut ait Stobæus loc. cit. & Pythagor. in *Carm. aur.* ubi Hierocles: *Terrestris Dæmonis appellatio nulli alij convenit quàm ei, qui natura homo sit.* Similiter pro distinctione Soppocles & Euripidès ubi sup. n. 14. *Dæmones infernos qui sunt apud Platonem.* Hoc est, Animæ, Plutarch. de *Placit.* quo dudum: *Dæmonibus & Heroibus;* quia hi erant animæ separata, improprie Dæmones: illi proprie.

Max. Tyr.

Idem.

Cur Anima tantum Dæmon animalis? Cæc. Rhodig.

Hieroc.

Hesiod.

Vives.

Plat.

Anima simpliciter, sed analogice Genij.

D. Thom.

Labco.

Caramuel. Ethnici notitia Angelorum depravari. Serar.

74 Quare Vives in Augustin. 9. de Civ. cap. 11. super illud Hesiodi: *Nosti quosdam Dæmones, nempe genus arærum hominum.*

Ex Platonis mente ait: *Bonum, cum migrat à vita, esse forte quadam dignitate præstanti: serique Dæmonem ex sapientia nuncupatione.* Probatur ipse Plato in *Timæo*; ubi: *Dæmon animalis, anima rationalis est, sed non simpliciter Dæmon: nam Dæmon simpliciter est quadam natura inter homines & Deos.* Quid expressius in nostram causam tam pro distinctione animarum, quam pro cognitione Angelorum, natura mediæ inter hominem & Deum? Divisio etiam fiebat inter Platonicos Calodæmonum, Catodæmonum, & Cacodæmonum, ita ut ultimi mali, primi Angeli boni, & secundi dicerentur animæ separata. Vide Carthusian. in *17. Act. Apost.* 18. Animæ ficine vocantur Heroës & Lares proprie, improprie Genij & Dæmones à Philosophis Priscis. *Dæmones*, non quia Ethnici intellexerint animas esse tantum Dæmones; sed quia separata à corporibus, similes Genijs simpliciter talibus. Sic *Heroës* inter Angelos & homines *Anima* præstanti operatione, & nata dignitate; quia iam non habebant corpus ut homines, & erant separata à materia sicut Angeli. Quid mirum, quod extra corpus signentur Dæmones, si vel in corpore propter malignitatem dicuntur diaboli? Exempla statuimus n. 11. Ratio fimitur huius analogiæ ex D. Thom. 1. p. q. 50. art. 1. ad 1. *Medium autem comparatum ad unum extremum, videtur alterum extremum.* Medium sunt, quas vocabant Heroës, animæ separata inter Angelos & homines: unde respectu hominum, quorum anima adhuc corporis forma, videbantur Angeli; & respectu Angelorum, et si corpus exuta, dicebantur animalia, ut vidimus, & astruit Bulenger. lib. 2. *Mag. cap. 12.* Labco (ait) *libros scripsit de Dijs Animalibus, in quibus quadam sacra, quibus anime humane vertantur in Deos, qui appellantur Animales.* Idem Iul. Lips. 1. *Physiolog.* cap. 19. Patet ergo quo sensu Ethnici Animas dicant Genios & Dæmonas. Quo ergo ludibrio rationis in tanta nugamenta descenderint, operæpretium erit exprimere.

75 Stulti facti sunt in cogitationibus suis: erraverunt ab utero, & locuti sunt falsa. Unde Caramuel Tom. 2. *Theolog. Regul. Epist.* 29. inquit: *Notitia Ethnicis habuisse Angelorum, sed corruptisse. Moris enim Profanis AA.* (inquit Serar. in cap. 3. *Tob.* 2. p. q. 8. *que sacris in literis bene vereque tradita sunt, ubi legerint, vel audierint, depravare.* Diminuta sunt veritates à filiis hominum. *He divine luminis scintille crassissimâ nonnunquam superstitionis caligine offuscantur, ita ut nisi sacrarum literarum & Spiritus Sancti luce dissipetur, affulgentes veritatis radios densissimis tenebris obruant.* Hæc Fidericus Sylburgius in Not. ad *Pausan.* Aptius Tertull. in *Apolog.* cap. 47. *Omnia* (sub-

(subdit) *adversus veritatem de ipsa veritate constructa sunt, operantibus emulationem ipsam spiritibus erroris.* Ab ijs adulteria huiusmodi salutaris discipline suborta: ab his quedam etiam fabula immissa, que dissimilitudine fidem infirmarent veritatis; ut quis ideò non putet Christianis credendum, quia nec Poëtis nec Philosophis, &c. Circa præsentem materiam Delr. in *Senec. Medeam v. 1.* inquit: *Sic nimirum Cacodæmon veritatem fidei de Bonorum Angelorum singulis hominibus tutela addita, conatus iam tunc bis de Genijs commentis infirmare, ut & nunc per emissarios suos, qui negant suum cuique affociatam Angelum.* Astipulatur Maiol. *Colloq. 3.* Ethnici (prodit) olim ex Veteribus Hebræis de Angelis nonnulla audierunt, eosque ipsi appellaverunt Dæmones, Genios, Lares, Deos: ac distinxerunt alios Eudæmonas, alios Cacodæmonas. Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 300. *Veteres* (altruit) singulis singulos Genios attribuebant, aut etiam binos; alterum scilicet, malum, alterum bonum: hunc ad bonam adhortatorem, illum ad malum impulsorem: quod non admodum à nostra Religionis scitis abhorret, in quibus habetur de Angelis *Cassiodorus* & *Cacodæmonibus*; nisi quod nos eos nolumus nobiscum oriri, quemadmodum Veteres de suis Genijs ac Laribus dicebant, nam magna erat inter eos similitudo. Audientis Anonymus doctissimus, ut patet ex opere, in *Observatio. ad Mytholog. Natal. Comit. cap. 10.* Contra *Dæmonum machinationes & conatus comparata sunt divinitus SS. Angelorum præsidia: sed doctrina amissa: vix tenuis fama aura de histantibus rebus (à Moysè in Patriarcharum vitâ, varijs libri Genesis locis abundè expressis) permanavit ad Ethnicos: unde novâ postea opiniones, coniecturis conficte.*

76 Omnes erraverunt Ethnici, & unusquisque Philosophorum in viam suam declinavit: at inter illos qui minus, fuerunt Platonici. Hæc itaque causa est (ait Augustin. 8. de Civ. cap. 10.) *cur istos ceteris præferamus, quia cum alij Philosophi ingenia sua & studia contriverint in requirendis rerum causis, & quidnam esset modus descendit atque vivendi; isti Deo cognito, repererunt ubi esset causa constituta universitatis, & lux percipiende veritatis, & fons bibendæ felicitatis. Sive ergo isti Platonici, sive quicumque alij, quarumlibet gentium Philosophi, de Deo ista sentiunt, nobiscum sentiunt. Idem asserit de Vera Religione. cap. 4. & alijs in loc. Hinc Plato dictus Moyses Atticus. Hieronym. in *Isai.* inquit: *Stoici nostro dogmati in plerisque concordant.* Quare Thom. de *Campanella Monarch. Hisp.* cap. 10. inquit: *Schole Platoniorum, & Stoicorum magis ad Christianissimum accedunt.* Sanè, sed in multis errant. Quid in abditâ, si ita cæcuterent in clariore materia? Deum dixerunt *Animam Mundi*; ut observat sæpe Augustin. lib. de *Civit. D. Thom.* 2. 2. *quest. 94. art. 1.* in corp. Tertull. in *Apolog.* cap. 47. *sumpta animâ pro mente, & ratione, qua cuncta providentiâ gubernat, igitur omnia & singula in pondus, numerum ac mensuram digesta: vel pro Motore universali, existente supra totum universi ordinem, & illi præditi, ut ait etiam Aristoteles 12. *Metaphys.* cap. 38. concederemus Catholicis. At quid ex hacine clarissima veritate deliri non cogitarunt? Cogitarunt animam ac formam esse Universi, & formam in omnibus formis, quasi Universum esset quoddam Animal vastissimum forum ab anima Deo: deoque Universum esse Deum, quippe illius Deus erat anima. Manilius ridens sententiam incidit in Atheismum, canens lib. 1. *Astron.* cap. 6. v. 1.**

*Ac mihi tam præsens ratio non ulla videtur, Qua pateat mundum divino nomine verti, Atque ipsum esse Deum, nec sorte coisse magistra; Ut voluit credi, qui primus mœnia mundi Seminibus struxit minimis, inque illa resolvit.*

Difficile videbatur Ethnicis, Deum esse intra, extra, infra, & supra omnia, quin mundi esset forma, quasi hominis anima; cum scire deberent supra omnia esse per potentiam efficacem, infra omnia per sustentativam conservationem, intra omnia per subtilitatem, extra omnia per magnitudinem. Vide *Sapient. 7. 2. 2.* & quæ diximus *Tom. 3. Tautol. 6. à num. 7.* Sic alia ab Hebræis hauserunt, sed turpiter suis erroribus dehonellarunt. *Tempore Abrahæ* (ait Alkaldi apud Galaldin. in *Histor. Antiquit.*) *fuit in Agypto Hermes ipse, Idris secundus & ipse Trimegistus, qui Propheta & Rex & Sapiens, seu Philosophus & is qui docuit scientiam Metallorum Alchimiæ practicam, & Astrologiam, Magiam, scientiam Spirituum, & Apotelesmaticam, sive Amuletariam, & secreta naturæ; ex quo deinde Pythagoras, Empedocles, Archilaus Sacerdos, Socrates Orator, & Plato Philosophus & Politicus, & Aristoteles Metaphysicus, reliqui denique Astrologi sua desumpserunt.*

Tertull.

Delr.

Maiol.

Anonym.

Augustin. Minus quàm alij Platonici & Stoici.

Hieron.

Campanel.

Manil.

Ab Hebræis hauserunt.

Alkal. Quis Trimegistus sciscundus?

Quia

77 Quia dicitur *Hermes secundus*, scire oportet, quis su erit primus, nec extra nostrum propositum. Aliquibus placuit fuisse Melchisedech (Vide Kircher, in *Obelisc. Pamph. lib. 2. cap. 1.*) Quod quidem nequit esse: igitur Melchisedech floruit tempore Abraham, simulque Synchronus Hermes Ægyptius, qui secundus dicitur: quare primus ad priora tempora reducendus. In *Biblia Nephthor*. hac inveniuntur: *Henoch nomen Adris* (id est, *Mirificus Arabicè*) & post eum alius Adris, cui nomen in lingua Barbarâ (*Ægyptiaca*, sive *Coptâ*) *Hermes*, quoniam is primus constituit sibiolas, in quibus scientias à Protoplasto, eiusque filio Seth sibi traditas, docuit. Ipse inventor literarum & Mathematicarum Artium: is tradidit leges, & bene vivendi disciplinam, cultumque divinum: ideo absfuit eum Dominus, & ambulavit cum Deo in borto Eden. Hinc factum est, ut omnes, qui scientijs & secretiorum artium notitiâ ex posterioribus in mundo clarent, Adris, hoc est, rerum occultarum investigatores dicerentur. Causam dirimit Antiquitatis linx & aquila simul Kircher. quo dudum, lib. 1. cap. 3. Ab Enocho ante diluvium omnem sapientiam Ægyptiorum principium habuisse. Erat enim is qui præ omnibus alijs ante diluvium à Protoplasto ipso instructus, veram rerum divinarum notitiâ baserat, posterisque suis tradiderat: Unde vero simile est, quod Arabes tradunt, Chammum rerum exoticarum, curiosissimarumque ante diluvium, non tantum improbas artes à Cainitis didicisse: sed & scientias de Deo, & Angelis, de arcanis denique nature ab ipso Mathusala filio Henoch, paternarum traditionum herede, accepisse: artiumque licitarum cum illicitis commixtionem, à paterna traditione prorsus degenerem legem condidisse: quam deinde Trismegistus quidam ex Chanaanæ stirpe Chami descendens, separatis ab illicitis licitis, in meliorem, & Religioni divine conformiorem, quantum Eibnico Philosopho solo natura lumine fulso (Hic aures arrige mi Pamphile) in tanta rerum depravatione licuit, redegerit: quem quidem verum illum, & tantoperè ab AA. celebratum Secundum Hermetem Trismegistum fuisse, infra à probabatur. Dum Kircherius in huiusmodi intendit probationem, ex ipso de Angelis viscerabo mentem. Ita lib. 5. cap. 2. Mercurius Trismegistus è stirpe Chanaan, vir Philosophus sagax, ingenio peracutus, & divino quodam mentis vigore præditus, Abrahæ Synchronus, cum immenso stimularetur desiderio: nihil non egit, ut plenam, perfectamque notitiâ nactus, eam posteris consignaret. Cum itaque primi Patriarchæ, ab Adamo humani generis protoplasto instructi, oretenus multa de natura Dei, de beneficijs in humanum genus collatis & conferendis, de Angelis, eorumque natura & ministerio, varijsque in mundana economia officijs, de Mundi conditu, fructura, fabrica, de rerum naturalium ordinibus, virtutibus, usibusque, continua & successivè à quadam traditione accepissent, utriusque mundi spectator, humanique generis conservator futurus, una cum filijs suis Sem, Cham & Iapbet, perfectam non dubie earundem tantoperè humano generi necessariorum notitiâ hausit: Mercurius itaque Noëmi filiorumque eo ipso tempore adhuc superstitum frequenti consuetudine usus, ab ijs, quibus sanguine proximus erat, perfectam rerum, tum ante, tum post diluvium immediatè gestarum, historiam, oretenus didicit: cum inter cetera de profundo triumphi Dei mysterio, & Verbo eiusdem incarnando, tum gratia, tum natura, alijsque mysterijs, primis mundi humani generis propagatoribus à Deo revelatis, aliquam notitiâ hausit: quibus quidem instructor, & ipse multa commentans, animum adiecit ad posteritati consignanda.

78 En ab Adamo derivata notitia Angelorum in filios, & ab his in alios, quo usque (remanente verâ doctrinâ, sicut religione inter Patriarchas) pervenit ad Chammum, vel Mesraim, inter quos solummodo ambiguum nomen Zoroaster, qui dogmata à SS. PP. piè, catholicèque tradita, ad usum profanum convertit, simulque corrumpit, ut dixi tuse *Tautolog.* 3. à num. 6. Ex Zoroastre accepit Mercurius Trismegistus, ex quo Ægyptijs, & ab his omnes orbis nationes, uti astruxi num. 57. expressèque Philosophi Atici, n. 76. Quo ergo pacto, si inter dogmata notitiâ nostrorum Angelorum, ignorare quibant: cum non tantum de horum existentia doctrina tradita, imo etiam de natura, ministerio & officijs in mundana economia? Ad Ethnicos igitur Philosophos pervenerunt pauca quedam & nuda nomina ex doctrina ac historijs Patrum, eaque non solum mutila & fabellis obscurata, ac figmentis corrupta peregrinarum opinionum; sed prorsus obruta superstitionibus varijs, & nullo modo præc à primis Patriarchis, doctrinâ & innocentia conspicuis, vel ore prolata, vel in commodum & eruditionem posterorum scripta, ut constat ex Prologo Siracidis, ubi præter libros Legis & Prophetarum, aliorum meminit, qui nobis à parentibus traditi sunt, & ex quibus etiam extraneos posse

Eibl. Neoph.

Quis primus

Kircher.

Cham corruptor bonarum artium & Religio.

Videtur

Mercurius Trismegistus à Patriarchis de mysterijs doctus.

Ab Adamo tradita plura fidei arcana.

Philosophi Ethnici depravata ab alijs, præc accepserunt, & simul depravaverunt. Siracida.

& dicentes & scribentes doctissimos fieri. De libro Enoch meminit Iudas Taddæus vers. 14. de libris Adæ & Seth, Kircher. lib. 1. de *Origin. liter.* cap. 1. & Sixt. Senen. Biblioth. sacr. lib. 1. Aliorum Rabbiorum lib. 4. & etiam Salmer. in *Prolegom.* Verum quid? Vera sunt que loquuntur Poëta, sed obtentu aliquo, specieque velata: ait Lactantius lib. 1. cap. 11. Vanitatis, ambitionisque studio res notas & veteres interpollarunt Ethnici, & veras obscurarunt. Doctrina abolita (subdit Anonymus cap. 16.) alibi antiquorum historiarum somnia, alibi umbrae sacrificiorum & ceremoniarum, qua fuerant in usu SS. Patribus, remanserunt; sed fabulis sunt involata ab hominibus, prima & vere originis ignaris: & quaquam alicubi, ut in Ægypto & Phœnicia, ex quibus repeti doctrina potuisset, monumenta etiam vetera conservata constat; tamen in animis excacatis à diabolo, quod impia opiniones dominarentur, non intellecta, sed detorta, aut commentarijs fabulis depravata & elusa fuisse in multis videre licet.

79 Si de Deo, magis noto vel nocibili per effectus (unde Suarius loc. cit. *Metaphys.* sect. 2. num. 4. ait: *Ex effectibus evidentius cognoscimus Deum, quam Angelos*) tot tantaque impropric, at indigna Ethnici dicere (imò aliqui non esse, vel nostra non curare) uti esse corpus, ab illo non factum mundum, & si factum, animam illius esse, prioremore hac animâ, quæ Deus, esse alium Deum, qui *Mens mundi* dicitur, & *patrens Anima mundi*; quin instructi traditâ veritate vellent cognoscere Deum contineri rebus, sed non contundi; formale cuncta, sed non ut formam; omnia animare, sed non ut animam; & alia cogitarunt ludicra, ritus etiam insipientium; quid de Angelis quibant dicere, & maxime temè depravatâ & doctrinâ corrupta? Si de anima rationali, qua contabant, sapientiores in via erroris diutius erraverunt; quidni facerent in cognitionem Angelorum, natura quorum sublimior, & à sensibus remotior? Aliqui, ut videmus num. 35. illorum existentiam inficiati sunt: nullos esse demones, Democritus & Pythagoras (quo filo consequentiæ, ipsi viderint) & alij videndi apud D. Thom. in 4. dist. 34. quæst. 1. art. 3. Origenem Tract. 4. in *Matth.* & Turcremat. in cap. *Si per sarcinarias*. Ex quibus simul hæretici apud Iodoc. Coccium in *Thesaur.* lib. 4. art. 5. igitur uti dixit Tertullian. de *Anima*, cap. 3. *Philosophi Patriarchæ hæreticorum*. De natura, essentia, muneribus, exercitijs quæ dixerint, vidimus: quid ergo modò dicendum? *Sub Nino, est à Noëmo edocti Assyrij, mutaverunt Religionem:* ait Campanella quo dudum, & Anonymus cap. 15. *Fabulas veritati admiscuerunt Ethnici, impulsu spiritu Satanae, partim ut veritas rerum verbigue divini certitudo nutaret & obliteraretur; partim ut his fallacijs & Deorum suorum exemplis redderentur homines ad omne scelus & flagitium audaciores.* Ita etiam Lactant. lib. 2. cap. 15. & Augul. de *Civ. lib.* 2. cap. 22.

80 Ex eo quod Ethnici Philosophi erraverint in cognitione Angelicæ nature, non rectè inferitur de existentia dubitasse, imò oppositum, ut sup. dixi. Quis magis deviauit à vero, quam Philo? Dices, Origenes: & verè, eadem fere profert, quæ Ethnici insipientiores fide vacui. Vide Hieronym. *Epist.* 16. ad *Pammach.* & Perer. in *Genes.* 18. dist. 6. simulque Alapid. hic. Quis ergo nostrum, & vilis tot cogitationum monitis, dicit Origenem & Philonem ignorasse Angelos? Nullus sanè. Dicendum, illos non plenè cognovisse naturam, sed planè percepisse Angelorum existentiam. Quid enim nos, ni fide, scriptique Dionysij, Gregorij & Thomæ, sciremus de essentia, proprietatibus, locutionibus, motu, & alijs Angelorum functionibus? Fatemur profectò intellectuales, spirituales, completas substantias, incorporeas & creatas quidditative non cognoscere. Quid ad cognitionem de Angelorum existentia? Ita est obscurius Ethnici. Retrò faculis primò ab Adamo, ab Henoch, à Noëmo tradita notitia de Angelis; sed præc uniuersusque placitum, vel commodum erat, scita cogitabat vel non cogitabat, maxime divis linguis, ex quo Angelos alius vocabat sic, alius verò sic: quare omnia constarantur abeuntes à Babel, ita ut vel superhite Noë, plenus esset mundus idololatriæ, & hominibus impijs, uti observant Expositores in *Genes.* 10. Inolevit enim error fomite superstitionis, sed non exolevit notitiâ qualis veritatis. Sicut ex eo quod Deus ab illis appellatus Iupiter, non arguitur, Deum non cognovisse, equidem quod notum est Dei, manifestum est illis; pariter ex eo quod Angelos vocaverint *Mentes*, *Dæmones*, *Genios*, *Penates*, &c. perperam attraxerit ignoraſſe Angelorum existentiam. Traditi sunt propter superbiam Philosophi Ethnici in reprobam sententiam, & erroris spiritum. Igitur pervenissent ad sapientiam, ni pervenisse arbitrentur, fultri facti à scientia. Unde distracti ab ignorantia, & ducti una lumine in hunc rationis, urgebantur, ut ait Paulus,

Lactant.

Anonym.

Suar.

Notitiâ Angelorum obscuratur.

Campanell.

Ex erroribus circa essentiam, non arguitur de existentia ignorantia.

AA. 17. 27. querere Deum, si forte attrahent: quæ actio cæcorum, vel cæcutientium amisso du-  
dore.

81. Ut magis adstringatur nodus, exponenda sententia Ethnicorum de statu ani-  
marum à corporibus separatarum. Deduci ad æthera, vel ad inferos, plurimi automa-  
runt; quippe etiam aliqui Stoici negaverint, uti videbimus Tautolog. seq. num. 32. per-  
plures credere, quos videris apud Sertlog, de Antig. Hebr. lib. 1. Dissert. 4. sect. 19.  
num. 150. Necessè est animus (ait Cicero lib. 2. Tuscul. qq.) quo nihil est velocius, ita fe-  
ratur, ut penetret & dividat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique cogun-  
tur. Quam regionem cum superavit Animus, naturamque sui similem contigit & agno-  
vit, iunctus ex anima tenui & ex ardore Solis temperato; ignibus insiluit & finem al-  
tius offerendi se facit. Cum enim sui similem & levitatem & calorem adeptus est, tan-  
quam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur (Hispanicè, Una Alma  
boba) eaque ei demum naturalis est sedes, cum ad sui similem penetravit; in quo nullo re-  
egens aletur & sustentabitur isdem rebus, quibus aspera sustentantur & aluntur, &c.  
ineptissima. Sic esse, Stoicis vita est otioitas nimia: itaque disposuerunt ibi animabus  
academiæ, diversis gradibus & ordinibus, ab æthere sub Luna usque in sidera; ubi  
quæ infra, sapientiam audiunt à superioribus, ibique manere egyptosim usque univer-  
si. Ita Seneca usquequaque; sed expressius de Consolat. ad Marciam, cap. 25. insigniter  
accissat, & furenter insanit. Vide diætæ ex illo, num. 35. Alij in ipso orbe Lunæ ibi se-  
dem habet quicquid est divinum. Confule Plutarch. libell. de Facie in orbe Luna; sed  
prius audi Iocentem Tertullianum, & Philosophorum horum nugis insultantem adunco  
naso. Ubi erit (ait de Anima, cap. 54.) scholæ regio in tanta distantia diversioriorum?  
Qua ratione discipule ad magistras conventabunt tanto discrimine invicem absente?

Cicero.

Ubi ex Eth-  
nicis, &  
quid agebat  
anima extra  
corpus?

Tertull.

Trismeg.

Validum  
argumentum  
pro Angelo-  
rum cogiti-  
tione.

Ethnicis nõ  
attribuendi  
plures erro-  
res, quam  
babuerunt.

82. Non fat Ethnicis tot errorum copia, quin attribuantur nova ingeniosa deli-  
ria? Longè à cunctorum, quos viderim, cogitatione, quos Doctiss. Navarrus congerit  
in Syntagmate. Contra omnes Theologos arma dirigit, & scienter hypotheseis astruit.  
Vult nã videri novus Ismael, cuius manus contra omnes; & videbit manus omnium  
contra se, vel dum exponit, ut ipse fatetur, digna amano Philosopho, atque Theo-  
logo dogmatico. Singula non excutio; possem hæccine ludens, sed lubeas feci, quia pro-

promissi & amore veritatis, & Eminentiſſ. sententiæ Auctoris. Ad quaestionem de possibi-  
bili, quam de iure (præmissa de facto) vocat colendus mihi Navarrus; ipse respondet  
Proleg. 1. §. 1. Evincitur Ethnicos non potuisse cognoscere Angelos. Quid Proleg. 4. §.  
unic. num. 178. astruit? Ita: Respondeo breviter, quod potuerunt. Fateor in nexum igno-  
rantiam meam, ne cum ipso recantem palinodiam.

83. Ergo in serâ, siquidem manet stabile ex ipsis Ethnicis cognovisse Angelos,  
præter sunt substantias spirituales, mediæ inter Deum & homines, per se substantentes, com-  
pletæ, incorporeæ ac immateriales, intellectuales, uni Deo servientes; quorum noti-  
tiam varijs erroribus Philosophi corruperunt, quæ obscurata quoad cognitionem natu-  
ræ, sed nequaquam existentie, nisi apud Atheos. Animas autem racionales in corpore  
dixere Genios, quoniam sequebantur singulorum genituram, mente discernentes vera à  
falsis, virtutes à vitijs: post separationem à corporibus Laræ vel Lemures, sumptis ap-  
pellationibus vel à favore, vel à noxa, Dæmonum specie defunctorum, apparentium, &  
superstitionem Ethnicorum hæc simulachris confirmantium, ut viventes crederent,  
quantumvis pessimi, convertendos in Heroas, vel Semideos, vel Divos; dum videbant  
peioribus dicari templa, deductis in alia. Attamen has animas propriè esse Genios,  
vel Dæmones nulli credere; sed tantum per apothèsim: quandoquidem etiam obscura  
& obscurata fabulis, notitia de Angelica natura, nunquam abolita de existentia. Satis de  
Ethnicorum fatuitate.

84. Veriones principalis Tautologiae sparsæ in Litera, sed non omittendæ in operi-  
seriem. Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. Rabb.  
Ionath. De non tentando Domino, sicut tentasti in decem tentationibus. Samarit. Sicut  
tentasti eum in Massab. Syr. Tentasti in tentationibus. Pers. Non tentabis, sicut tenta-  
stis in Massab. Caictan. ex Heb. Non tentabis Iehovach Elohe vestrum, sicut tentasti  
in Massab. Maluend. Elevabitur Iuhub, & secundum quod elevastis in Massab. Nunc ali-  
quid ad mores, ne succumbamus suggestionibus Dæmonis.

Epilogus  
excurs.

ADINATON EXEGETICUM.

1. Non tentabis Dominum, sicut tentasti. Timor debet transgressoribus ingeri, memoria nequaquam clementie: & ut reviviscat timor, offensus Dei exponitur amor; ne inveniat iniquitas implacabilem ultorem, quem primo in lapsu prætermisit indulgentem.

2. Non tentabis Dominum, sicut tentasti. Tentatione uti electi in via probandi: cupiebant terminum felicem sine labore: & huiusmodi inordinata libido designatur ut tentatio; igitur sine patientia patientie quærere laurum, est sanè tentare Deum.

3. Non tentabis, sicut tentasti. Non tam signator tentationis articulus, quam acerbitatis modus, cogitantibus improbis quasi deliquitum amoris, & penam immitti pro scelere audacis acerbitate; amore percusso tam turpi cogitatione.

equidem palam magnitudo gratiæ, dum latet gratia sub doloris specie.

4. Non tentabis Dominum, sicut tentasti. Peccaverant, sed sic erant: diciturque Dei tentatio huiusmodi impenitudo; quoniam sic esse cognoscendo delictum, est propriè tentare Deum.

5. Non tentabis Dominum iterum, sicut tentasti; & tunc incolomis evasisti: siquidem vana fiducia, & in Dei tentationem maxima audacia, & se inducere in criminis occasionem, quoniam potens est Deus removere discrimen, vel conferre libertatem.

6. Non tentabis, sicut tentasti in loco tentationis. Notatur locus; ut excusetur excessus. Tentationis locus est mundus: taxaturque è vita imperfectâ Monachus, modò vivat in clauſtro, quasi viveret in mundo.

DIDASCALIA PRIMÀ.

Quò indulgentior liberalitas, eò inexcusabilior perverciacia.

UNDE ergo hominibus tanta audacia, & experta Domini innata misericordia? An quia experta? Summum flagitium ma-

lignitatis, confruere iniuriam ex gratiâ benefactoris. Pessimum protectò cor, cui (ut canit Virgil. Eclog. 3. v. 101.)

Pessimum  
cor cui amor  
excitium.

Amor excitium est.

Mm 2

Mæ

Conclusio.

Quid intena-  
derit d'omb  
ex corruptio  
ne nutritæ  
Angelorum?

Varietas  
Lect.

Virgil.